



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Horologivm Sacerdotale Sacerdotibus tam Ecclesiasticis,  
quàm Religiosis, præsertim Neomystis Ordinem diei, &  
praxes indicans Opera quotidiana exactè, sanctéque  
obeundi**

**Dirckinck, Johann**

**Coloniæ, 1690**

Oratio V. Ad Sanctos Patronos. Subsidiúmque pete.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50863](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50863)

*Super aspidem & basiliscum ambulabis, & conculcabis Leonem, & Draconem. Pl. 90.*

## ORATIO V.

*Ad Sanctos Patronos.*

*Subsidiúmque pete.*

**A**ssistite mihi, hodierna die, fideliter ó sancti Patroni mei! Tu præcipuè Mater mea, & Advocata mea Sacratissima Virgo Maria: & Tu mi sancte & fidelissime Angele Custos, cum S. Josepho, S. Joanne Baptista & Evangelista, S. Petro & Paulo &c. cæterisque Divis Tutelaribus & Sanctis, hodiernâ luce celebribus. Vos pericula mea in lucidissimo Divinitatis speculo clarè cernitis; vos fragilitatem meam nôstis; vos hostium meorum multitudinem, potentiam & ferociam non ignoratis. Pro-  
tegitte igitur me, obsecro & adjuvate fortiter: non enim solùm mihi est *colluctatio adversus carnem & sanguinem*; sed & *adversus Principes & potestates tenebrarum harum*. Ephes. 6.

*Commendatio ad B. V.*

**O** Domina mea Sancta Maria! me in tuam benedictam fidé, ac singularem custo-

custo-



custodiam, & in sinum misericordiae tuae  
 hodie & quotidie & in hora exitus mei, a-  
 nimam meam & corpus meum tibi com-  
 mendo: omnem spem meam & consolati-  
 onem meam; omnes angustias & miseras  
 meas; vitam & finem vitae meae tibi com-  
 mitto; ut per tuam sanctissimam interces-  
 sionem, & per tua merita, omnia mea diri-  
 gantur & disponantur opera, secundum  
 tuam, tuique Filii voluntatem. Amen.

*Commendatio ad S. Angelum  
 Custodem.*

**A**Ngele Dei, qui Custos es mei, me tibi  
 commisso, pietate superna, hodie custo-  
 di, illumina, rege, governa: Et impetra mihi  
 Deo misericordiam, emendationem vitae  
 veram contritionem, sanctum usum Sa-  
 cramentorum, felicem mortem, iudicium  
 Dei particulare mite & clemens, ac beatam  
 aeternitatem. Saluta quoque ex me omnes  
 Sanctos Patronos meos, in primis beatissi-  
 mam Virginem Mariam, Matrem ac Do-  
 minam meam, illique hanc salutationem of-  
 fer: Ave Maria &c. Denique roga omnes, ut  
 pro me, ubi forsan inutilibus operibus oc-  
 cupabor, vices meas suppleant, ac Deum pro  
 me laudent. Amen.